



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Superstitiosa imaginum obseruatio damnabilis est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

### 334 Ignorantia.

na nostra super qua st. cxlvii. secunda secundæ.

*Ignorantia quo casu vertatur in peccatū.*

**I**gnorantia tunc tantum peccatum est quum quis  
Ipoteft & debet scire aliquid siue iuris, siue facti, &  
non facit quod in se est, vt sciat illud. Tenetur quili-  
bet scire communia, & fidei & iuris, quæ communi-  
ter à fidelibus Christianis communiter instructis à  
parentibus & prædicatoribus & conuersatione Chri-  
stiana sciuntur: vt articuli fidei, decem præcepta, præ-  
cepta de confessione, communionem, & ieiuniis Eccle-  
siæ. Non quod teneantur scire verba symboli, aut  
annumerare decem præcepta: aut scire discernere præce-  
pta: sed quod nouerint fide esse vnum Deum omni-  
potentem, & Iesum Christum filium, & quod natus  
ex Maria virgine, &c. similiter sciât quod solus Deus  
adorandus est, nō esse periurandū, seruāda esse festa,  
honorandos parentes, &c. Hoc enim est nosse & cre-  
dere in actu exercito ea quæ quis tenetur scire. Et nō  
consistit in scire verba hæc vel illa quæcunque sint.  
Præter hæc autem quilibet tenetur scire illa quæ de-  
bet ex suo officio aut gradu aut voto, &c. facere: quā  
aliter non nisi à casu recte se habere possit in occur-  
rentibus. Est autem ignorantia tunc tantum causa  
peccati, quantum si quis sciuisset, peccatum illud non  
fecisset. Nec excusat à peccato, nisi sit inculpabilis. Mi-  
nuit tamen peccatum quia minuit voluntarium, nisi  
sit affecta: quia tunc auget voluntarium.

*Superstitiosa imaginum obseruatio  
damnabilis est.*

**I**maginibus purè astronomicis vt ad affectus sub-  
iectos cœlestibus corporibus, nullū peccatum esse  
videtur: quia vt res purè naturales habentur, nec de-  
bemus secreta naturæ præferim cœlestis influxus,  
nō est

noſtri ingenii viribus metiri, vt prifcis aſtologis non deferamus. Dixi autem purè aſtronomicos, vt nulla ſuperſtitioſa obſeruatio ſit adiuncta, aut ſuffumigationū, aut characterum: quoniā hæc conſtat nō pertinere ad cœleſtas influxus, ſed ad ſecretos intellectus, quorum ſocietas nobis eſt interdicta.

*Sermo indiscretus in peccatum inducere poteſt proferentem.*

Immunditia in ſermone morali generale peccatum eſt, quod immundus redditur operans illud. Vſurpatur tamen primò ſpecialiter pro peccato inordinatæ ſeminationis humanæ cuiuſcunq; præternaturalis: ex hoc enim homo maximè immundus fit. Et ſic conſtat eſſe peccatum mortale: de quo pluries Apoſtolus loquitur, docens: immundos excludi à regno Dei. Vſurpatur ſecundò pro peccato inordinatæ omiſſionis ſuperfluorum: vt cibi per vomitum, & ſimiliter ex gula procedentiū. Et ſic ponitur ſilia gula. Frequenterque eſt peccatum veniale: vtpote nec contra Dei nec proximi dilectionem: turpe tamen, vtpote etiam corporalem immunditiam inferens.

*Corporalis indecentia reſpectu ſtatus poteſt in peccatum quem inducere.*

Immunditia corporalis pro quanto humanā dedecet uſum, peccatum eſt: quia rectè diſſonat rationi. Eſt autem in profanis venialis. Sed in ſacris ſi notabiliter offendit, peccatum eſt mortale, pro quanto ad diuinam irreuerentiam ſpectat: & tantò magis quanto à Canonico etiam iure ſub præcepto prohibetur huiuſmodi immunditia, extrà de cuſtod. euchar. cap. relinqui. Vbi non ſolum ſacra vaſa, corporalia, & veſtimenta miniſtrorum, ſed oratoria ipſa præcipiuntur munda & nitida (hoc eſt abſque macula) ſeruari.

Aduertant